

CONFUSIONE LINGUARUM.

9. Per alterum verò nomen, quod est מִבְּרָרִים , significantur verba, quando jam certum quid nobis est enunciandum, sive illud sit simplex, ubi vox aliqua $\alpha\iota\sigma\lambda\omicron\upsilon\sigma\mu\alpha\lambda\omicron\kappa\eta\varsigma$ adhibetur, uti ex Nomenclationibus videre est: sive compositum, cum regimen statusque syntacticus assumendus est, sicut ex Phrasæologis & Lexicis junctim discimus.

10. Sic ergò Moses per לְבָרָא integrum Linguae systema, per מִבְּרָרִים autem, partes ejusdem, egregiè Ἐμεισμός ἐξηγήσις , denotatas voluit.

11. Quare omnes homines, viventes temporibus ante & in ipsa confusione, non solum conveniebant in unitate verborum, sed etiam in unitate labii, hoc est, modo proferendi.

12. Contingit enim Italos communiantes in verbis, differre labiis, id est, modo pronunciandi. Et simile est in nostris Germanis, Hispanis, aliisque. Ad collendam itaque omnem diversitatem, utramque unitatem sic explicuit Moses, uti & Cajetanus h. l. sentire dicitur à Benedicto Pererio.

13. Valeat proinde philastrius, qui (In Catalogo *Ἡερσεων* c. 106 multis seculis ante exstructionem Babelis, magnam inter homines Linguarum & sermonum varietatem statuens) ita Mosi verba detorqueat: Moses dicit terram unius labii fuisse, quia etsi varia erant linguarum genera, omnes tamen se invicem intelligebant: eratque omnibus lingua una, & idem sermo, non quidem eorundem vocabulorum usu, sed eadem omnium loquentium & audientium intelligentia.

14. Misere enim is deceptus fuit ignorantia fi-